



## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1925**

De Sancto Agrippino Episcopo Neapolitano Commentarius Praevius

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

A

D

## DE SANCTO AGRIPPINO

## EPISCOPO NEAPOLITANO

SAEC. III ?

COMMENTARIUS PRAEVIUS

H. D.

Elogium  
S. Agrippini

1. S. Agrippini elogium in notissimo illo de Gestis episcoporum Neapolitanorum libello, cuius pars antiquissima medio circiter saeculo IX concinnata est, rerum inops et verbis plane communibus expressum habemus: VI. Agrippinus episcopus. Amator patrie, defensor civitatis, qui cotidie pro nobis suis famulis exorare non cesset, hic signis multis et miraculis coruscat. Plurima auxit Domino turba credentium et gremio sancte matris ecclesie collocavit, unde merito audire meruit: «Euge, serve bone, quia in modico fidelis fuisti, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui.» Denique in ecclesia Stephania translatus merito cum honore quiescit (1).

Matth.  
25, 21.

in Gestis

2. Quod signis et miraculis coruscare dicitur, id ad libellum *Miraculorum* BHL. 174-77 referri minime constat; quod autem translatus in basilicam illam, a Stephano pontifice eiusdem conditore Stephaniam nuncupatam, cum iis cohaerere videtur quae Iohannes diaconus de Iohanne IV episcopo refert: Corpora quoque suorum praedecessorum de sepulchris, in quibus iacuerunt, levavit, et in ecclesia Stephania singillatim collocans, aptavit unicuique arenatum tumulum, ac desuper eorum effigies depinxit (2).

et in  
catalogo  
episcoporum.

3. In catalogo episcoporum Neapolitanorum quem Blanchinius edidit, hunc Agrippinus laterculum habet: VI. Agrippinus episcopus sedit annis XII. Fuit temporibus Urbani, Pontiani pape et Aurelii et Alexandri imperatorum (3). Blanchinianum catalogum ex libello Gestorum fluxisse inter doctos nunc convenit, notas autem temporis aliunde haustas, fortassis e scriptoris ingenio (4). Aurelium intellege Elagabalum; unde sedisse dicendus esset Agrippinus annis circiter 218-235. His multum immorari res minime postulat. Indiculi Blanchiniani duplex cum Mazochio periodus statuatur oportet, prior episcoporum duodecim ad Severum usque, altera quae incipit ab Urso, saeculo V ineunte. Porro, si in priore successione Asprenis episcopi exordium sub Traiani principatu constituit (Traiani et Adriani imperatorum temporibus), duodecim tantum pontifices, quorum unus est Zosimus Arianus, Neapolitanae sedis invasor, per trecentos annos in cathedra sedisse consequitur. Accedit annorum summam, quae ex additis singulorum episcopatibus conficitur, 265 vix attingere (5). Nulla ergo in annorum computo laterculorum fides, temporis autem indicia — quod in antiquis catalogis sollemne est — temere adiecta fuisse videntur. Primis Neapo-

litanae ecclesiae episcopis Agrippinum annumerare nemo dubitabit, ita tamen ut annos eius incertos relinquat.

4. Praecipuum de S. Agrippino quod aetatem tulerit monumentum libellus est *Miraculorum*, quem typis iterum edemus, hisce adiuti subsidiis:

Libellus  
Miraculorum

N = Codex bibliothecae Nationalis Neapolitanae signatus VIII. B. 1, saec. XII/XIII littera beneventana exaratus (6). Fol. 28-43: in S. Agrippini. Tametsi mendis non caret, optimas tamen lectiones praebet, et ordinem rerum diversum ab eo qui est in editis. Ex undecim enim miraculis quibus ille liber constat, decimum nono antecedit. Codicem, quo nemo ex recentioribus usus est, nos plerumque sequemur.

C = Codex bibliothecae Corsinianae 777, littera beneventana saec. XIII scriptus. Fuit olim «Monasterii Sancti Severini de Neapoli», deinde Cardinalis Sanctae Severinae, eoque mortuo ad Iosephum a Costa iure propinquitatis delatus. Eo usi sunt Ughellus et decessores nostri (7). Fol. 122-130: Natale S. Agrippini Neapolitani episcopi (8). In edendo libello, codicis Corsiniani lectionem expresserunt Mazochius, Parascandolo, Waitz, Capasso (9). Postquam emendatricem manum passus est, magis recessit a codice N. Omnes eiusdem varietates annotavimus.

O = Officium S. Ianuarii episcopi una cum officio sancti Athanasii, Anelli, Aspreni, Agrippini... Neapoli, 1525. Duplex complectitur S. Agrippini officium, alterum die 9 novembris, alterum per octavam legendum. In utroque ex libello *Miraculorum* lectiones novem singulis diebus assignatae sunt, ita tamen ut sola capita 1-10 nostrae editionis adhibita sint. Quoniam ex codice excerpta, non liquet; certe ad N proxime accedebat. Huius enim ordinem sequitur, lectiones, sprete Corsiniani, plerumque exhibet, et si quas habeat proprias, ab editore inductas existimaverim. Pauca easque selectas libelli O varietates adduxisse satis erat.

V = Codex bibliothecae Vallicellanae H. 9, quod est apographum Antonii Gallonii volumen L. Fol. 140-147: Vita S. Agrippini episcopi et confessoris, excerpta dicitur ex Neapolitanae civitatis ecclesiasticis monumentis (10), id est ex praedicto Officio O.

B = Codex bibliothecae Regiae Bruxellensis 8936-38, qui est ex Collectaneis bollardianis mensis decembris, haec continet de S. Agrippino: 1<sup>o</sup> Fol. 165-169: Vita S. Agrippini episcopi et con-

(1) B. CAPASSO, *Monumenta ad Neapolitani ducatus historiam pertinentia*, t. I (Neapoli, 1881), p. 158-59, cf. p. 148; G. WAITZ, in *M. G.*, *Ser. rer. langob.*, p. 398. — (2) CAPASSO, t. c., p. 211. Cf. p. 148. — (3) CAPASSO, t. c., p. 223. — (4) CAPASSO, t. c., p. 222; WAITZ, t. c., p. 401. —

(5) MAZUCHIUS, *De sanctorum Neapolitanae ecclesiae episcoporum cultu* (Neapoli, 1753), t. I, p. 38-40. — (6) *Anal. Boll.*, t. XXX, p. 148. — (7) MAZUCHIUS, t. c., p. 329. — (8) *Catal. Lat. Roman.*, p. 280. — (9) BHL. 174-77. — (10) *Catal. Lat. Roman.*, p. 425.

-fessoris.

A fessoris ex Neapolitanae civitatis ecclesiasticis tabulis. *Descripta est ex codice V, collata cum codice Longobardico S. Severini apud D. A. Costa, seu N. — 2<sup>o</sup> Fol. 170-177<sup>o</sup>: De S. Agrippino. Quae descripta sunt ex collect. P. Ant. Caraccioli tom. Vitae SS. Neapol., collata cum praedicto codice N.*

S = Codex bibliothecae Nationalis Neapolitanae signatus VIII. AA. 7, saec. XVI exaratus, qui fuit olim ad usum refectorii SS. Severini et Sossii de Neapoli (1). *Officia continet sanctorum, et fol. 42-44<sup>r</sup>: Vita S. Agrippini episcopi et confessoris, nostro e libello excerpta.*

a variis  
concinna-  
tus scrip-  
toribus.

5. *Homilium vocant nonnulli libellum Miraculorum S. Agrippini, nec absoum est, si tum exordium (c. 1) attendas tum clausulam oratoriam qua primum absolvetur. Certe ita scripta est oratio ut in die festiuitatis dicenda vel legenda sit. Variis ex partibus, qualis nunc est, decursu temporis coaluisse videtur. Libello auctoris incerti (c. 1-8) agglutinatum est Miraculum (c. 9) quod extravagans appellavit Mazochius ob stili dissimilitudinem (2); huic insuper accesserunt Miracula tria (c. 10-12). Ultimam partem a Petro subdiacono illo, qui S. Agnelli Miracula (3) conscripsit et Chronicon Iohannis diaconi continuauit, additam esse laudatus Mazochius apte comprobavit ex orationis nitore, e locutionibus utriusque libello communibus, et persiculis et hexametrorum hemistichii solutae orationi ubertim inspersis, e sententiis totoque scribendi tenore (4). Huius autem Petri aetatem aliquatenus definiri censet (5) eo quod anno circiter 910 interfuert translationi S. Sostii martyris ex Misenate castello Neapolim (6), et c. 12 enarrat, velut quae nostris temporibus gesta sunt, civitatem ab Agarenis impugnatam esse regnante Romano et Constantino imperatoribus et residente in sede beati Petri duodecimo Iohanne papa et in hac civitate Parthenopense tertio praesule Athanasio et Iohanne consule. Hasce notas in annum circiter 961 concurrere opinatus est Chioccarellus (7), in annum potius 960 Caracciolus (8), cui consentiunt Mazochius (9) et Waitz (10); in annum vero 958 B. Capasso (11) et F. Savio (12).*

Notae  
temporis.

C *Re quidem vera Romanus II imperator, qui iam anno 945 coronatus fuerat, in instrumentis ad annum usque 959 patri consociatur, sedente interim Iohanne XII pontifice maximo (955-964), Athanasio episcopatum Neapolitanum (907-c. 962) et Iohanne ducatum (928-968/69) regente (13); neque amplectenda est Mazochii coniectura (14) quam timide suggerit: Romano et Basilio imperatoribus. Difficultas tamen est, maxime si cum eodem Mazochio censeas Miraculum S. Agrippini diu post rem gestam scripto traditum esse, in Petri subdiaconi, qui iam anno 910 clarus habebatur, decrepita aetate. Profecto vel binos fuisse cognominis diaconos, vel Romanum illum qui Constantini imperatoris consors fuit senioresem esse (920-944) dicemus. Obstat utique numerus*

annorum Iohannis papae. At errare potuit amanuensis qui XII pro XI scripserit, vel duodecimo pro decimo. Uterque enim Iohannes X (911-928) et XI (931-936) ambobus viventibus principibus in cathedra Petri sedit.

AUCTORE  
H. D.

6. *Si haec vera sunt, Agarenorum expeditio tricesimi circiter saeculi X anni putanda est, nec multo post miraculum (c. 12) de S. Agrippini praesidio litteris consignatum fuit. Utrumvis eligitur, Miracula tria quibus libellus absolvitur, non uno tempore addita fuisse patet. Horum enim primum (c. 10), nihil additur solita doxologia scriplor concluderat; reliqua, quorum unum priscis diebus alterum « nostris temporibus » patrata erant, postmodum accesserunt. Singulas autem libelli particulas, sive ab anonymo sive a Petro digestas, non eiusdem esse auctoritatis vix est quod moneamus. Etenim praeter illa quae ipsis cernentibus vel saltem viventibus accidisse perhibent, et multa indubia quae obiter tanguntur, nonnulla ex vulgari et laxiore fama accepta sunt, puta quae de origine Agrippini e regione Herculensi et miracula quae vivus patravit, narrantur. De his distinctius referre non vacat nec necessarium est, quia libellorum huiusmodi pretium in simplici pietatis affectu paene totum consistit.*

7. *S. Agrippinum et simul S. Ianuarium S. Severo, episcopo Neapolitano, morienti astitisse his verbis in eius Vita narratur (15): Tunc unus ex circumstantibus, Ursus diaconus nepos eius, qui post eius transitum ipse episcopus ordinatus est, cum haec audisset, cogitans quod fratres suos, id est diaconos, quaereret, ait illi: « Ecce hic sunt fratres tui. » Cui ille respondit dicens: « Scio, fili, scio quia hic fratres mei; sed ego nunc fratres meos Ianuarium atque Agrippinum dico, qui mecum sunt (inquit) loquuti, et continuo ad me venturos se esse dixerunt (16). » Nullam haec fidem mereri non est cur multis demonstremus, cum ex epistula Uranii de obitu S. Paulini (17), ipsa phrasi servata et solis fere mutatis nominibus — Agrippinus pro Martino inducitur — excerpta sint, quod Stillingum nostrum non fugerat (18).*

S. Agrip-  
pini  
appartio:

8. *Dimidio fere miliario ab antiquis civitatis moeniis ad occidentem, collis est in quo a priscis fidelibus coemeteria excavata sunt, quibus catacumbarum nomen recentiores indiderunt (19). Amplius insignia sunt ambulacris, quae in sacella et basilicas, inscriptionibus olim picturisque ornatas, hinc inde dilatantur. Hisce in locis Sancti Ianuarii ecclesiae proximum fuit Sancti Agrippini oratorium, in quo sacrum eius corpus multis annis iacuisse certis testimoniis constat. Magni momenti illud est quod ex ipso Miraculorum libello (c. 10) accipimus. Dum quadam die Paulus I episcopus in ecclesia Sancti Ianuarii sacra peragit mysteria, subito a parte oratorii beati Agrippini magna cum stridoribus vox resonuit. Fit statim populi concursus; descendentes vero ad eius tumulum reperiunt hominem qui S. Agrippino*

In coeme-  
terio extra-  
muranò

(1) Anal. Boll., t. XXX, p. 145. — (2) Op. c., p. 341. — (3) BHL. 150. — (4) Op. c., p. 330-35. — (5) Ibid., p. 333-34. — (6) BHL. 4135, c. 16. — (7) Cf. Act. SS., Sept. t. VI, p. 791, num. 141. — (8) De sacris ecclesiae Neapolitanae monumentis (Neapoli, 1645), p. 137. — (9) Op. c., p. 334. — (10) M. G., t. c., p. 464. —

(11) Op. c., p. 112. — (12) Atti della R. Accademia di Torino, t. XXXVI, p. 305. — (13) CAPASSO, t. c., p. 111-14. — (14) Op. c., p. 335, n. 3. — (15) BHL. 7676. — (16) Act. SS., April. t. III, p. 769. — (17) P. L., t. LIII, p. 861. — (18) Act. SS., Sept. t. VI, p. 786. — (19) Cf. B. CAPASSO, Napoli Greco-Romana (Napoli, 1895), p. 118-22.

AUCTORE  
H. D.  
ecclesia  
S. Agrippini;

ob recuperatam valetudinem, strepentes, more regionis, gratias referebat. Alio loco (c. 5) velut beatissimi Agrippini confessoris cubiculum eadem ecclesiola designatur. Ad hanc igitur ex Sancti Ianuarii ecclesia aditus seu descensus patebat. Primam coemeterii ecclesiam quae ceteris angustior est, eam esse in qua S. Ianuarii corpus iacuerit, Neapolitani minime dubium putant (1). Quanam vero ex parte ad cubiculum S. Agrippini accedendum esset inter eos non convenit, aliis cum Pellicia (2) ad laevam, aliis cum Scherillo ad dextram gradus requirentibus per quos ad inferiorem cryptarum ordinem descenderetur (3); sunt et qui cum Parascandolo in superiore coemeterii regione oratorum collocent (4). Antiqua quae superest S. Agrippini pictura locum sacelli certo designare visa non est (5), nec etiam verba quae leguntur in Gestis episcoporum de Victore, qui extremo saeculo V basilicam Sancti Stephani longius ab urbe ad miliarium unum ante ecclesiam beati Ianuarii martyris et S. Agrippini confessoris (6) extruxisse perhibetur. Saeculo corrente IX, Athanasius episcopus (850-872) in ecclesia S. Ianuarii, foris sita, monachorum collegium sub abbatis regimine ordinavit (7). Ita in iisdem Gestis. Porro, in eius Vita haec ita enuntiantur: In ecclesia namque sanctissimi ac beatissimi martyris Ianuarii, quae iuxta memorate urbis moenia condita, quae Magna a civibus nuncupatur, ubi antea unus tantummodo sacerdos excubabat obsequio, ipse monasterium instituit sub abbatis dumtaxat tuicione illicque religiose vite virum singularem patrem ordinavit (8). Hoc autem coenobium in instrumento anni 942 dicitur monasterium beatissimi Ianuarii sacerdotis Christi et martyris seu Agrippini confessoris Christi situm foris ad corpus (9). Quod saec. XVI ineunte temporum iniuria dirutum et solo aequatum, ecclesia tantum superstite, omnino cessavit (10). In basilica ad corpus ad saeculum usque IX S. Agrippini reliquiae quieverunt. A Iohanne IV episcopo in Stephaniam

monasterium SS. Ianuarii et Agrippini.

C

(1) G. A. GALANTE, *I nuovi scavi nelle catacombe di S. Gennaro in Napoli* (Napoli, 1908), p. 9-19. — (2) *De christianae ecclesiae politica* (Bassano, 1732), t. III, 2, p. 129. — (3) *Le catacombe Napolitane*, in *Archaeologia sacra*, t. I (Napoli, 1875), p. 108. — (4) *Memorie storico-critiche ... della chiesa di Napoli*, t. I (Napoli, 1847), p. 23. — (5) GALANTE, *I frammenti del catalogo figurato dei primi vescovi di Napoli* (Napoli, 1888), p. 18-19. — (6) *Chronicon episcoporum*, CAPASSO, *Monumenta*, t. I, p. 174. — (7) *Ibid.*, p. 217. — (8) *Ibid.*, p. 217, in infima pagina. — (9) CAPASSO, *op. c.*, t. II, p. 47, reg. 48. — (10) CAPASSO, t. II, p. 16, n. 39. — (11) MAZUCHI, t. c., p. 347, n. 49. — (12) D'ENGONIO, *Napoli sacra* (Napoli, 1623), p. 11. — (13) L. SABBADINI D'ANFORA, *Il vetusto calendario Napolitano*, t. XI, p. 16-17. — (14) In instrumento anni 1132: *terra sancti Agrippini de regione Furcillense*, CAPASSO, t. II, p. 409, reg. 656. De hac ecclesia haec notat D'ENGONIO, *Napoli Sacra*, p. 376: «Ad honor di questo santo vescovo fu da nobili del Seggio di Forcella (dopo incorporato et unito con quel di Montagna) edificata e dotata come si legge nel protocollo e registro fatto ad istanza del magnifico Lomancello Carnegrassa del Seggio di Porta Nova. Le famiglie che edificarono questa chiesa furono Marogana, Tora, Carmignana, Orimina, Palzara, Hercules, Quaranta, Rossa, Bonifacia, Chiaccola, Cotogna, Musca, Falla e Muscetta, e

illatae sunt una cum aliis sanctorum episcoporum corporibus (11). Postea in ecclesia cathedrali, una cum corporibus SS. Eutychetis et Acutii sub altare maiore reconditae fuisse dicuntur (12). Anno 1744 a cardinale Iosepho Spinelli sanctorum reliquiarum recognitio facta est. Inventa autem fuerunt corpora SS. Eutychetis et Acutii, et vas marmoreum cum hac nota: Reliquiae incertae, quae putantur esse corpus divi Agrippini (13).

9. Petri subdiaconi aetate (n. II), iam exstabat in regione Herculensi, platea Furcillensi (nunc via di Forcella), ecclesia S. Agrippino sacra, quae etiamnum superest (14). «Fuit olim estaurita (15) tum nobilium tum popularium de platea Furcillae; postea fratribus ordinis S. Basilii an. 1615 concessa; nunc vero parochiae S. Mariae ad plateam sedes (16).» In Actis Visitationis archiepiscopi Caraffae anni 1557 recensetur capella S. Arpinelli posita intus fundacum de le colonne, quae diruta est. Anno 1583 profanata fuit, ut ex Actis Visitationis huius anni elicitur, titulo in ecclesiam Sancti Sebastiani monialium translato (17). Fuit etiam S. Agrippini oratorium, cui monasterium adhaesit, Surrenti, de quo in Vita S. Antonii abbatis Surrentini (18), qui floruit saec. IX: At ille susceptae professioni, in saeculari licet turbine, inhaerens, beatae memoriae viro abbati Bonifacio apud oratorium S. Agrippini titulo ascriptum se associavit (19). Vicus est in hodierna provincia Neapolitana cui nomen Santarpino, quae a sancto nostro nomen trahere perhibetur, eo fere loco quo antiqua fuit Atella (20). Ibi ad nostram usque aetatem, in pago Purgatorii ad Podium Regale, S. Agrippini festum celebrari non desit, sicut et in proximo eiusdem provinciae vico Artiano (Arzano, prov. di Napoli).

10. Inscriptus est S. Agrippinus ad diem 9 novembris calendario marmoreo Neapolitano, et calendario Tutiniano quod saec. XII compositum esse videtur (21). Cetera recentiora mitto; inde enim a saec. IX a Iustis Neapolitanis, nomen Agrippini, qui defensor civitatis habebatur, nun-

S. Agrippini ecclesia in civitate;

oratorium Surrenti.

Calendariorum laterculi.

F

tiensi per fermo che nel luogo ove fu fabricata questa chiesa, sia stata la propria casa del medesimo santo, la qual dopo sua morte fu ridotta in chiesa e quivi fu poscia sepolto che dopo fu trasferito sotto l'altare maggiore dell' arcivescovado. — (15) Estaurita dicebatur ecclesia collegialis. Cf. CAPASSO in *Archivio storico per le Provincie Napolitane*, t. XVII, p. 680. — (16) Ita CAPASSO, t. I, p. 159, n. 2, qui affert *Relatione dell' edificazione e dotazione della chiesa di S. Agrippino dal dottor Gregorio Motillo*, ap. SECCO, *Vita di S. Agrippino*, de qua inferius. Motilli (p. 387) coniectura est ecclesiam S. Agrippini anno 1015 aedificari coeptam esse. Restauratam et ornatam fuisse annis 1470, 1485, 1559 certo constat (p. 392-94). D'ENGONIO, *Napoli sacra*, p. 377: «Nell' anno 1615, con breve di papa Paolo quinto spedito a 20 di gennaio e con licenza di Detio Carrafa cardinal et arcivescovo di Napoli è stata conceduta alli padri dell' Ordine di S. Basilio e ne presero il possesso a 23 di febraro del medesimo anno. » Nondum recesserant an. 1753 quando scribebat MAZUCHIUS, t. c., p. 346, n. 49. — (17) CAPASSO, t. c., p. 159, n. 3. (18) *BHL*, 582. — (19) *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 789, num. 8. — (20) C. MAGLIOLA, *Continuazione della difesa della terra di S. Arpino*, Napoli, 1757; J. BELOCH, *Campanien*, 2<sup>e</sup> Aufl. (Breslau, 1890), p. 379-82; AMATI, *Dizionario corografico dell' Italia*, t. VII (Milano, 1878), p. 1074. — (21) MAZUCHI, t. c., p. 318. Cf. p. 325, —quam

A quam abest. « Observandum etiam est, ita Antonius Caracciolo, ex antiquis monumentis, divos Ianuarium et Agrippinum, uti praecipuos Neapolitanæ civitatis tutelares, coniunctim olim fuisse invocatos, ut in lectionario S. Gaudiosi, episcopi Salernitani, et alibi videre est. Memini praeterea vidisse me in archivo aedis archiepiscopalis Neapolitanæ missalem codicem manuscriptum valde antiquum et cariosum ac lacerum, in eoque legisse eos divos, et solos e nostralibus, invocari solitos una cum ceteris sanctis quos habet romanae missae antiquus canon (1). » De coniuncto utriusque sancti patronatu passim libellus Miraculorum loquitur, et, si Vitae S. Athanasii auctori fidem habes, Agrippini patrocinium Ianuarii tutela antiquius fuit, cum his verbis utatur : Nam et beati illius (2) Agrippini aeclesia actenus demonstratur, qui quintus a supradicto Aspren episcopus ordinatus est, quique etiam patronus et defensor est istius civitatis. Beatissimum quoque Ianuarium, Christi martyrem, postea Neapolites meruerunt habere tutorem, quibus annitentibus fabentibusque prephata urbs, Deo fabente, tuta permansit manebitque in aevum ; quoniam quasi duas firmissimas bases duoque candelabra splendentia gloriatur se habere supradictos patres eadem civitas, duabus fulta aliis, id est, duorum sanctorum fisa precibus (3). S. Ianuarium quasi compatronum S. Agrippino postmodum accessisse nullis comprobatur documentis. Immo antiquiora ecclesiae Neapolitanæ monumenta liturgica, quæ expressa sunt in evangeliariorum S. Cuthberti, nunc codice Musei Britannici Cotton Nero D. IV, et alio evangeliariorum qui nunc est codex Regius I. B. VII (4), festum S. Ianuarii praevisio ieiunio celebrandum praecipiunt, prorsus omissa S. Agrippini mentione.

S. Agrippinus patronus tutelaris.

De sancti Officio

B 11. Officio S. Agrippini, quo saec. XVI Neapolitanus clerus utebatur, saeculo sequenti suffectum est alterum, quod deinceps in variis Proprii sanctorum editionibus insertum est (5). Tribus secundi nocturni lectionibus comprehenditur Vita brevis S. Agrippini ad pietatis magis quam ad artioris criticae artis leges exacta. Nullo, verbi gratia, testimonio comprobari potest, S. Agrippinum, parentibus orbatum, bona pauperibus elargitum esse, paternam domum in oratorium convertisse, eo situm in loco quo postea exstructa est basilica eius nomini dedicata, ad aetatem grandem pervenisse, et saeculo post Christum secundo mortuum esse. Eundem adversus haereticos omnes nervos intendisse, et a Sotere, pontifice maximo, epistulam accepisse, qua ipse atque Campaniae praesules admonerentur ut pervigiles caverent ne clandestina perfidiae lues in suos greges grassaretur : haec sciolus lectionum compilator deduxit ex epistula quam Campanis epis-

(1) De sacris ecclesiae Neapolitanæ monumentis, p. 137. — (2) Cod. illo. — (3) BHL. 735, WAITZ, p. 440. Cf. MAZUCHI, t. c., pp. 337, 368. — (4) De codice Cottoniano lege E. G. MILLAR, *The Lindisfarne Gospels*, London, 1923 ; de codice Regio, E. M. THOMPSON, *Catalogue of Ancient Manuscripts in the British Museum*, Part. II, p. 20 ; G. F. WARNER - J. P. GILSON, *Catalogue of Western Manuscripts in the old Royal and King's Collections*, t. I (London, 1921), p. 10. De codice utroque dicit G. MORIN, in *Revue bénédictine*, t. VIII, pp. 481-93, 529-37. — (5) *Officium Novembris Tomus IV.*

copis a Sotere missam finxit pseudo-Isidorus (6). Addidit et visionem ex Vita Severi, tum illud, Neapolitana verborum immoderatione insigne : idecirco Neapolitani cives alique finitimi basilicas et oppida insignita Agrippini nomine aedificarunt.

AUCTORE H. D.

12. Novi huiusce Officii exemplar prae oculis habemus, cui additum est decretum diei 8 februarii 1690, quo sacra Rituum Congregatio declarat, ad preces serenissimi régis catholici Officium proprium et missam, iam alias a S. Congregatione revisa et approbata sub die 17 iunii anni 1640 et omnibus regnis et dominiis eiusdem serenissimi Regis catholici sub ritu duplici secundae classis concessa, pro universali ecclesiae extendi sub ritu semiduplici. Iamvero, eodem anno 1690, hoc ipsum decretum suppositivum esse Sacra Congregatio declaravit in hunc modum :

decretum S. Rituum Congregationis.

Decretum.

Cum innotuerit Sacrorum Rituum Congregationi quod a nonnullis typographis Venetiarum, Mediolani, Laudae et forsitan aliarum urbium temere impressum fuerit Officium S. Agrippini cum lectionibus propriis, recitandum de praeepto ab ecclesia universali ex concessione, ut ibi falso praesupponitur, sanctissimi D. N. Alexandri papae VIII, Sacra eadem Congregatio cum approbatione Sanctitatis Suae assertam recitationem Officii dicti sancti declaravit et declarat expresse apocrypham et ubique abolendam et prohibendam (excepta tamen ecclesia Neapolitana, cui ab anno 1670 concessa fuit specialiter recitatio officii eiusdem sancti tanquam unius ex suis protectoribus) prout omnibus praesulibus in suis diaecesibus penitus prohibere iubet, ipsisque praecipit ut in impressores iuxta reatus qualitatem debitae poenis animadvertant. Et ut hoc facilius pateat cunctis Christi fidelibus, qui ad horas canonicas tenentur, praesens decretum edi ac publicari mandavit. Die 16 decembris 1690.

E

A. Episc. Ostien. Card. Cybo.  
Loco + sigilli.

Joseph Vallemanus  
Sac. Rit. Congr. Secret. (7).

F

13. Inter Vitas patronorum civitatis Neapolitanæ a Paulo Regio, Aequensi episcopo, anno 1573 Neapoli editas legitur quarto loco Vita S. Agrippini piis auribus huius temporis non ingrata, quae tamen ad historiam nihil confert.

Varia scripta.

Paulum Regium secutus et eruditionis peregrinae subsidio usus, Antonius Secco, anno 1682 libros quattuor de Vita S. Agrippini, inani rhetorum iacundia exundantes confecit, quibus quintum addidit a Gregorio Motillo de aedificatione bonisque templi S. Agrippini, ex huius ecclesiae codicibus utcumque compilatum (8).

ficia patronorum quae recitanda sunt in civitate et dioecesi Neapolitana (Neapoli, 1791), p. 77 ; *Officia sanctorum pro regno Neapolitano* (Mechliniae, 1852), pars autumn., p. 82 ; *Officia civitatis et dioecesi Neapolitanæ propria* (Tornaci, s. a.) pars autumn., p. 20 F. — (6) JAFFÉ-LOEWENFELD, *Reg. Pontif. Rom.*, n. 60. — (7) Exemplum est inter collectanea Bollandiana, Cod. Bruxell. 8936-38, fol. 164. — (8) *Vita del glorioso S. Agrippino vescovo e protettore della fedelissima città di Napoli divisa in cinque libri* del R. D. Antonio Secco, arciprete della Collegiale di Picerno.

AUCTORE  
H. D.

*Egregius S. Agrippini cultor fuit beatus Iohannes Iuvenalis Ancina, quondam episcopus Salutarum. Inter operum eius « Miscellanea », in codice bibliothecae Vallicellanae O. 27, fol. 28-29<sup>a</sup>, breve*

*legitur eius elogium et hymni duo quorum haec D sunt initia, fol. 28<sup>a</sup>: Lux Agrippini, meritis decora, fol. 29: Lauda parens Neapolis.*

Con la descrizione e fondazione della sua chiesa con alcune cose notabili del martire S. Gennaro patrono di detta città. In Napoli, 1682, (vi)-430 pp.

Librum perhumaniter nobis commodavit v. cl. Aem. Martini, bibliothecae Nationali Neapolitanae praefectus.

## MIRACULA S. AGRIPPINI

*E codicibus bibliothecae Nationalis Neapolitanae VIII. B. 1 (= N), bibl. Corsiniana 777 (= C) et Officio S. Ianuarii an. 1525 (= O). Cf. Comm. praev. num. 3.*

### Miracula S. Agrippini<sup>1</sup>.

*Exordium.*

1. Fratres dilectissimi, divinis ac sanctis ammonitionibus<sup>1</sup> prebere debemus assensum, quibus hortamur sanctorum merita, virtutesque christianorum auribus non celare, dicente Salomone: « Sapientiam sanctorum narrent populi, et laudes eorum nunciet ecclesia. » Nam tantum puto esse culpe, sanctorum beneficia reticere, quantum premii est eorum gloriosas narrare potentias. Unde presentis me compulsi festivitatis amor beati Agrippini episcopi et confessoris, patrocinia atque sanitates, que diversis licet temporibus suis contulerit famulis ad se venientibus, ad gloriam nominis Dei et eiusdem beatissimi Agrippini laudem referre, ut et fidelium devotas mentes maior ad occurrendum desiderii ardor accendat, et beati Agrippini preclara merita, seu legentibus, sive longe positis audientibus<sup>2</sup> innotescat. Quia scriptum est: « Opera Dei revelare et confiteri honorificum est. » En ideo, karissimi, plena nos oportet letitia gratulari, et in eius triumphis ac sollemnitate gaudere; deprecantes, ut nobis Dominus, per eius venerandam intercessionem ac festivitatem, et salutem concedere dignetur et pacem. Quis enim ignorat

*Tob. 12, 7.*

C

per hunc beatissimum Agrippinum et beatum ac sanctum martyrem Ianuarium Neapolitanam urbem ab insidiis inimicorum sepiissime liberatam? Que ita esse per revelationem diversorum ac relationem cognovimus, quod unus ex his sanctis ad custodiam civitatis, alius ad disperdenda<sup>3</sup> consilia hostium fraudesque vigilare, manifestissime comprobantur (1). Ut actenus memorata<sup>4</sup> civitas eorum sit munita patrocinii ac defensione protecta, recteque cognoscamus adque<sup>5</sup> intelligamus quod scriptum est: « Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilant qui custodiunt eam. » Unde oportet sine inter-

*Psal. 126, 1.*

**Lemma.** —<sup>1</sup> in sancti Agrippini N, *add. al. manu* episcopi Neapoli; V idus novembris nat. Sci. Agrippini Neapol. episcopi C.

1. —<sup>1</sup> ammonitionibus N. —<sup>2</sup> *ita codd.*; seu audientibus sive longe positis legentibus *expectaveris*. —<sup>3</sup> disperdendam N. —<sup>4</sup> memorat N. —<sup>5</sup> aut C. —<sup>6</sup> sicut *add. C.*

2. —<sup>1</sup> Alvinus C. —<sup>2</sup> pergere N. —<sup>3</sup> virtute

missione eorum sancta limina frequentibus excursionibus exorare, quatenus mereamur eorum<sup>6</sup> semper protectione vallari atque custodiri. Et ut hec que dixi ita esse credatis, evidentissimis documentis vobis satisfacere non morabor.

2. Albinus<sup>1</sup> quidam in eadem civitate Neapolitana commanens, diabolico incitatus spiritu, dum pro traditione predictae civitatis ad nefandissimam Longobardorum gentem pergeret<sup>2</sup>, ut eisdem tempus memorati sceleris constitueret, in itinere positus, vidit beatissimum martyrem Ianuarium terribiliter comminantem sibi atque interdicens ut ab incepto opere revocare mentem gressumque debuisset; qui statim amens effectus perdensque virtutem<sup>3</sup>, nec ultra progrediens, tentus a militibus ad<sup>4</sup> Neapolim perductus est<sup>5</sup>. Hec ipsa, que retuli, ore proprio<sup>6</sup> cunctis audientibus enarravit sicut et publica monumenta<sup>7</sup> testantur. Ex hoc<sup>8</sup> factum est, ut sepedicta civitas sanctorum Ianuarii atque Agrippini gratia divina<sup>9</sup> operante ab imminente<sup>10</sup> excidio sit erepta. De sanitatibus autem ab eis mirifica virtute factis, nulla ad referendum poterit esse lingua sufficiens; pauca<sup>11</sup> tamen ex pluribus propter festivitatis diem fastidiumque legentium<sup>12</sup>, utile iudicavimus narrare, que intentis auribus et sincero corde vos audire necesse est et fidem dictis adhibere; neque me nisi experta arbitremini posuisse.

*Proditor castigatus.*

3. Gaudiosus enim quidam de partibus Abellinate<sup>1</sup> civitatis, dum nimis esset oppressus egritudinibus atque miseris ad ultimum<sup>2</sup> sideratus (2) factus, nusquam valebat progredi. Qui audita fama de mirabilibus beati Agrippini, eius liminibus ab aliis deportatus per quinque continuos menses adherens et orans, sanissimus reditus pedibus suis ad memorata usque venerat loca regressus est<sup>3</sup> et<sup>4</sup> incolumis usque ad extremum vite sue tempus permansit.

*Gaudiosus paralyticus.*

N. —<sup>4</sup> et N. —<sup>5</sup> *om. N.* —<sup>6</sup> *bis scribit N.* —<sup>7</sup> monumenta N. —<sup>8</sup> et ita N. —<sup>9</sup> *om. C.* —<sup>10</sup> iminenti C. —<sup>11</sup> *ita O.* paucis N, C. —<sup>12</sup> legentibus C.

3. —<sup>1</sup> Avellin/////e C. —<sup>2</sup> ut vulgo dicitur *add. alia manus supra lin. C.* —<sup>3</sup> *om. N.* *corr. supra lin. C.*

(1) De coniuncta SS. Agrippini et Ianuarii tutela, supra, Comm. praev. n. 10; cf. *Act. SS.*,

Sept. t. VI, p. 831. — (2) Sideratus, paralyti percussus, DUCANGE, i. v.

4.

Lucius  
caecus,

4. Alius etiam<sup>1</sup>, Lucius nomine, nimia vi infirmitatis cecus effectus, beati Agrippini confessionibus (1) perseverans ibique diutius excubans, visum eius intercessione recepit, apertisque oculis, quod nox<sup>2</sup> caeca cluserat, pietatis intuitu per merita beati Agrippini, Dominus perduxit ad lucem.

miles  
membris  
captus,

5. Nam et aliquis miles de Misenate castello adductus seminecis ac sine gressu, cui ambulandi facultas ablata fuerat, ad eiusdem beatissimi Agrippini confessionis cubiculum iactatus ilico, virtutem auctore Deo ei concedente, pristinae redditus sospitati, alacer ad sua rediens, in Dei laudibus exultavit.

claudus  
quidam,

6. Nec non et claudus quidam hec audiens nimio desiderio ad eius festinabat limina sancta perducere. Qui etiam<sup>1</sup> ab aliis advectus occurrit, nam ita membrorum fragilitate torpebat et nullatenus poterat<sup>2</sup> vel sursum erigi atque respicere. Hic ergo fiducialiter cepit cum lacrimis ad sepulchrum beatissimi Agrippini deflere; postulans<sup>3</sup> sibi speciali medicamine subveniri. Quod et factum est. Qui<sup>4</sup> mox<sup>5</sup> summe sanitati eodem beato Agrippino operante redditus, pedibus suis ambulans et gaudens ac Deum benedicens, mirabatur se ab aliis adductum, propriis viribus reversum, regi celorum gratias referens, qui eum ideo pribaverat bonis, ut ostenderet servis suis quantam<sup>7</sup> sint sancti gloriam<sup>8</sup> adepti: ut neminem a se tristem, si tamen<sup>9</sup> fideliter speraverit, patiantur abire, ut impleatur scriptura que dicit: « Quis speravit in Domino et confusus est, permansit in mandatis eius et derelictus est? »

Eccli.  
2, 11, 12.  
mulier  
semimortua,

7. His ita<sup>1</sup> gestis, mulier aliqua nomine Passara in supradicta civitate Neapolitana habitans regione Erculense (2), peccatis facientibus<sup>2</sup>, auditum gressumque perdidit, sed nec loqui poterat, neque cibum omnino capere. Hec namque<sup>3</sup> semimortua dum a fidelibus parentibus ad beati fuisset Agrippini tumulum perducta, ibique diebus octo hebdomade<sup>4</sup> maioris sancte festivitatis Paschalis indubitanter permanens, die sancto sabbati ita est beato Agrippino miserante salvata, ut intellegamus atque credamus eam ab inferni porta in die resurrectionis domini nostri Iesu Christi revocatam. Huic vitam<sup>5</sup> de mortis confinio restitutam<sup>6</sup> mox ad civitatem sana remeans,

omnibus suis affinis atque vicinis, paschalia MIRACULA gaudia duplicavit.

8. Sed et<sup>1</sup> puerulus quidam dum in memorata civitate cum parentibus suis esset, sic letalibus est oppressus infirmitatibus atque molestiis, ut nulla in eo pars membrorum sana remansisset, neque vite in eo signa aliqua viderentur. Is<sup>2</sup> ergo dum a parentibus suis ad beati Agrippini honorabilem<sup>3</sup> memoriam fuisset perductus atque iactatus, ita est beati Agrippini<sup>4</sup> meritis sublevatus atque sanitati redditus, tamquam si nihil mali unquam habuisset, <ut<sup>5</sup>> incolumis<sup>6</sup> factus plures postea viveret<sup>7</sup> annos. De necibus autem passionum quos<sup>8</sup> quantosque curaverit<sup>9</sup>, dinumerare quis poterit? sufficere autem credidi ista<sup>10</sup> dixisse de multis. Ab ipsis namque<sup>11</sup> temporibus atque diebus<sup>12</sup> quibus hec mirabilia acta gestave fuerunt<sup>13</sup> locus ipse per industriam cuiusdam servi Dei, cuius nomen Deus scit<sup>14</sup>, in notitiam perductus est<sup>15</sup>, atque ut fuit in melius exornatus; et<sup>16</sup>, licet semper eius beatissimi Agrippini gloriosissima fama nota esset, tamen ex hoc populi devotio ampliata, magnum sibi conventum hominum auxit, duplicavitque devotionis fidem, atque occusionem. Gloriosus ergo Deus in sanctis suis, mirabilis in maiestatibus, faciens prodigia, excitans perditos ad salutem et infirmos ac desperatos vite restituens; qui etiam sancti, concedente eis Domino, omnibus ad se festinantibus celesti medicina subveniunt, ut iuste illis ab universis in Dei laudibus gratiarum preconiis referantur, optantes<sup>17</sup> omnes<sup>18</sup> maiora sibi ab eis ac pretiosa<sup>19</sup> tribui beneficia, quod et<sup>20</sup> supplicantibus sibi prestare non cessant usque in presentem diem.

puer  
infirmus,

Psalm.  
67, 36.

9. Neque<sup>1</sup> enim<sup>2</sup> hoc silendum est (3), quod quidam nomine Paulus habitator civitatis Neapolitane dum fecisset muri cercitam (4) per gradus ut ad propria remearet<sup>3</sup> descendens, labente pede<sup>4</sup> eius in torturam in verbis<sup>5</sup> cum magno tumore secessit, qui<sup>6</sup> in eius coxa defluserat et dum<sup>7</sup> seminecis in suo ospitio tolleretur, ibi etenim<sup>8</sup> per multa spacia temporis lectulo miser reparabatur<sup>9</sup> doloribus, et pene iam suam<sup>†</sup> paupertulam<sup>10</sup> spe subventionis sibi medicis prerogaverat<sup>11</sup> et<sup>12</sup> quantum fuerat pauper effectus tantum eius infirmitatis flammam nutrimenta

Paulus  
coxae  
dolore  
laborans

4. —<sup>1</sup> enimvero (vero corr. supra lin.) C. —<sup>2</sup> quos nos N.

6. —<sup>1</sup> ecclesiam edd., C. —<sup>2</sup> N; ut corr. C. prius et. —<sup>3</sup> N; posset corr. C. prius poterat. —<sup>4</sup> quod add. C. —<sup>5</sup> et G. —<sup>6</sup> mox enim corr. C. —<sup>7</sup> quanta C. —<sup>8</sup> gloria C. —<sup>9</sup> (s. t.) om. C.

7. —<sup>1</sup> ergo C. —<sup>2</sup> faventibus C. —<sup>3</sup> He///// C. —<sup>4</sup> ebdomate N. —<sup>5</sup> vita C post corr. —<sup>6</sup> restitutamque N; restituta (prius restitutam) ///// C.

8. —<sup>1</sup> (sed et) cadet N. —<sup>2</sup> his N. —<sup>3</sup> honorabile N. —<sup>4</sup> N et prius C qui corr. eius. —<sup>5</sup> om. N, C. —<sup>6</sup> autem add. corr. C. —<sup>7</sup> viveret corr. vixit C. —<sup>8</sup> (de - quos) quantis itaque sola-

tio fuerit in marg. C. —<sup>9</sup> curaverit corr. curaret C. —<sup>10</sup> ita C. —<sup>11</sup> ipsis ///// C. —<sup>12</sup> (atque diebus) del. in C. —<sup>13</sup> sunt C. —<sup>14</sup> (cuius - scit) N et prius etiam C. —<sup>15</sup> om. N; C supra lin. —<sup>16</sup> om. N; C corr. —<sup>17</sup> optantibus C. —<sup>18</sup> N, et ante corr. C. —<sup>19</sup> pretiosiora corr. C. —<sup>20</sup> quod et N; et prius C, que post corr.

9. —<sup>1</sup> totum c. 9 linea obducta del. C. —<sup>2</sup> del. C. —<sup>3</sup> remeare N. —<sup>4</sup> corr. C, prius pes. —<sup>5</sup> eius distortis nervis C. —<sup>6</sup> C; et N. —<sup>7</sup> N, et prius C dumque corr. —<sup>8</sup> ibi etenim N, del. C. —<sup>9</sup> decumbens agebatur corr. C. —<sup>10</sup> paupertatem O; paupertulam N; pauperulam corr. C. —<sup>11</sup> prerogaverat O; prorogasset N, C. —<sup>12</sup> om. C.

(1) Intellege, ut n. 5, confessionis cubiculum. — (2) Regio Herculensis (C.I.L., X, 1492), dein Herculensis dicta (ut apud S. Gregorium, Registr. III, 58, EWALD-HARTMANN, t. I, p. 217), postea Furcillensis (infra, n. 11), nunc Forcella. B. CAPASSO, Napoli Greco-Romana (Napoli, 1905), p. 44. — (3) Miraculum illud est quod extrava-

gans vocat MAZUCHIUS, De sanctorum Neapolitanæ ecclesiae episcoporum cultu, t. I, p. 341. Comm. praev. n. 5. — (4) Τεχνικόν est vocabulum, quod ad eos pertinet, qui circumeundo muros excubias sive vigiliis agebant, qui circitores aut circitores... vocabantur. MAZUCHIUS, t. c., p. 341.

dolorum

MIRACULA dolorum stridita(1) grassabantur<sup>12</sup>. Et dum nulla fuisset concurrenti fiducia, spes unica tandem ad venerabile<sup>14</sup> corpus beati Agrippini confessoris domini nostri Iesu Christi pene iam mortua membra a suis parentibus est perductus<sup>15</sup>, ibique in lacrimis et ieiuniis per multum tempus orabat. Affuit solita Dei concursio nocte<sup>16</sup> intempesta quadam, dum ipse Paulus iam palpitantia membra, spiritus parvus in ipso remanserat, vocis sonitum audit: ilico prospiciens, vidit quendam iuvenem stola candida<sup>17</sup> profulgentem in ipso introitu regie dicentem beato Agrippino: « Ecce venit frater tuus, venit frater tuus. » Et post pusillum facto silentio, denuo vox emissa est: « Ecce venit frater tuus Acutius (2), cui beatus Agrippinus venire professus est, ecce venio. » Hoc peracto<sup>18</sup> sancti Dei invicem sibi occurrere conspexit, honorantes<sup>19</sup> se. Mox enim clamans Paulus cum lacrimis, extendens manus suas<sup>20</sup>, dixit: « Sancte Dei martyr Acuti, salvum me fac. » Cuius sanctus martyr<sup>21</sup> non dedignatus est<sup>22</sup> iam<sup>23</sup> cinolenta (3) membra manu sua<sup>24</sup> palpare<sup>25</sup>, statimque morbus qui in ipso inruerat in coxa diruptus est, et pristinae salutis formam recepit. Collaudans enim et glorificans incessabiliter Deum, qui ammirabilis est in sanctis suis.

B **Maurus debilis** 10. Inter<sup>1</sup> cetera namque<sup>2</sup> miraculorum magna que dominus noster Iesus Christus per beatum et gloriosum confessorem suum Agrippinum huius nostre civitatis Parthenopensis<sup>3</sup> patronum et antistitem patrare dignatus est, que vestra iam precordia spirituali iocunditate letificaverunt, et hoc ad honorem et gloriam nominis sui eiusdemque pontificis reverentiam et vestre fraternitatis gaudium, qui devote ad eius sollempnia pervenistis<sup>4</sup>, pandere et clarificare congruum duximus, quod suis sanctis<sup>5</sup> meritis in quodam viro, nomine Mauro, mirabiliter operatus est. Hic namque vir temporibus beate recordationis domini Pauli primi sanctissimi et senioris nostri<sup>6</sup> episcopi (4), sive summi pontificis protectione, ne<sup>7</sup> anime periculum incurreret, sicut ipse Dominus per prophetam asserit: « Ecce ego sepiam tuam viam<sup>8</sup> spinis, et sepiam eam maceria. » Et per beatum Iohannem in Apocalypsi: « Ego, quos amo, arguo et castigo. » Seu quod amplius manifestum est, ut virtus sancti<sup>9</sup> Agrippini cura<sup>10</sup> ostenderetur in illo, paterna illum Dominus visitatione corrigens, decidit invaliditudine<sup>11</sup> corporis, que greco<sup>12</sup> vocabulo paralisalis nominatur, adeo pregravatus<sup>13</sup>, ut gressibus propriis moveri nullatenus posset. Nam ne-

<sup>12</sup> stridita crassabantur N; (tantum - stridita) // C. — <sup>14</sup> venerabilem C. — <sup>15</sup> deductus C. — <sup>16</sup> noctis C. — <sup>17</sup> stolam candidam C. — <sup>18</sup> peractum C. — <sup>19</sup> et honorantes C; onorantes N. — <sup>20</sup> et add. N. C. — <sup>21</sup> sanctus martyr O; sancti martir(is) N, C. — <sup>22</sup> dedignavit C. — <sup>23</sup> in Pauli C. — <sup>24</sup> manu sua N; manum sanctam C. — <sup>25</sup> palpasse C.

10. — <sup>1</sup> in cod. C. ordo capitum 10, 11 inversus est. — <sup>2</sup> N; et prius C, autem corr. — <sup>3</sup> Parttenopensis N. — <sup>4</sup> sollempnitatem convenistis C. —

(1) Seu stridores, ut habetur in Officio anni 1525. — (2) Acutius, socius S. Ianuarii, BHL. 4115-4137. — (3) Seu caenulenta, id est lutulenta. — (4) Est ille S. Paulus maior aut senior, qui statim post medium VIII saeculi sedit. MAZUCHIUS, t. c., pp. 344, 172, 273. — (5) Non

cessitate aliqua cogente, dum pergere urgeretur, D pessulus<sup>14</sup> (5) in manibus per terram se veluti reptile pertrahebat: erat enim visu deformis, morienti<sup>15</sup> simillimus ac toto corpore dissipatus. Hic nimirum<sup>16</sup> multis fomentis multisque<sup>17</sup> curatus<sup>18</sup> medicaminibus deterior fiebat. Sola domini Iesu Christi spes firma remanserat. Interea dum talibus periculis ureretur et sedule Dominum exinde flagitaret, quia ut scriptum est: « Quis speravit in Domino, et confusus est, permansit in mandatis eius, et derelictus est? » accidit ut beati Ianuarii preclara sollempnia adveniret, ad cuius venerabile corpus, dum multos occurrere cerneret, illius fretus auxilio aliorum vectus manibus, illic deportatus est. Cumque ad illius sacratissimum tumulum pervenisset, cepit cum lacrimis eius exorare suffragium dicens: « Non ignoro, beate martir, quantum valeant apud Dominum<sup>19</sup> tua merita gloriosa. Non dubito, immo fiducialiter credo quoniam quidem tu es ille qui pro<sup>20</sup> Christi amore fudisti sanguinem tuum.

Ergo beate nimis deprecans obsecro Christum E Quo mihi succurrens dissolvat<sup>21</sup> vincula seva Que me conquassant, nocteque dieque<sup>22</sup> fati- Non me diutius permittas talia ferre, [gant; O alme Pater patrie, qui cunctis commoda pres- [tas<sup>23</sup>,

Per Dominum exoro, per celi gaudia dantem Qui tibi concessit celorum gaudia sancta. »

Hec ubi dicta dedit, ante sacrum tumulum recubans<sup>24</sup> sopore depressus, vidit beatissimum martirem Ianuarium clara voce se vocitantem<sup>25</sup> sibi que talia proferentem:

« Cur me sic pulsas lacrimis hic nocte dieque? Cur non ad modicum requiescis, fracte periculis? Nescis quod dubiis non dantur<sup>26</sup> clara quietis? Ne sis infidus; quod suggero, perfice constans; Accipe consilium, si queris pergere sanus Pone diu flere, et sume<sup>27</sup> solamina mentis. »

Cumque inquireret quis esset et quid ageret, ut salvus existere posset; talia illi placide prestitit<sup>28</sup> monita sanctus: « Ego sum, inquit, Ianuarius; sed scito prenoscens, quod non sanaberis<sup>29</sup> istic, nec meis meritis capies hic clara quietis. F

Ad tumulum pergens Agrippini fratris amandi Illic<sup>30</sup> percipies, quod quaeris; crede fidelis Ille salutis opem prebebit, dante Tonante Cui est<sup>31</sup> donatum a Christo tibi ferre vigorem. » Expergefactus a somno homo ille miserimus,

ad tumulum S. Agrippini amandatur,

<sup>5</sup> om. C. — <sup>6</sup> huius sedis C. — <sup>7</sup> in add. C. — <sup>8</sup> viam tuam C. — <sup>9</sup> curationis beati C. — <sup>10</sup> om. C. — <sup>11</sup> in valetudinem C. — <sup>12</sup> greco N. — <sup>13</sup> pregravatus C. — <sup>14</sup> pessulus C. — <sup>15</sup> morti C. — <sup>16</sup> corr., prius mirum C. — <sup>17</sup> (fomentis multisque) om. C. — <sup>18</sup> curatis C, prius multisque curatus. — <sup>19</sup> Deum C. — <sup>20</sup> C, om. N. — <sup>21</sup> succurras dissolvat N. — <sup>22</sup> nocte dieque N. — <sup>23</sup> prestans N. — <sup>24</sup> recumbans N. — <sup>25</sup> vociferantem C. — <sup>26</sup> dentur N. — <sup>27</sup> sumens N. — <sup>28</sup> praestavit C. — <sup>29</sup> sanaveris C. — <sup>30</sup> illic C. — <sup>31</sup> est cui N.

est pessulus qui foribus obditur; sed est diminutivum a *πεσσός* (quo et latini utuntur), notione medica, quo lanam conceptam aut quid simile notat; quod qui reptabant manibus subiciebant. MAZUCHIUS, t. c., p. 345.

martiris



A martiris consilio animatus et spe fidei roboratus, sancti ac <sup>32</sup> beatissimi Agrippini <sup>33</sup> tumulum adiit, et his cepit eum <sup>34</sup> vocibus compellere : « O magne meritis Agrippine, o sancte sacerdos, magnus amice Dei, te queso, te postulo, tu michi per Christum sanitatis comoda prebe, qui te sacris meritis ad tantum provexit honorem. Non sum iam dubius, fidenter ista expecto, sancte. Martir enim magnus Ianuarius hec mihi leta promisit. Exurge ergo in auxilium mihi, quoniam quidem non <sup>35</sup> hinc nisi sanus exeo, donante gratia Christi per vestri meriti <sup>36</sup> donum. » Hec interim agebantur, cum beati Ianuarii, ut prediximus, gloriosa celebraretur sollempnitas. Tunc prefatus pontifex dominus Paulus cum omni clero atque magnatibus, cum ymnis et laudibus ad ecclesiam processit (1) ex more sacraque misteria exultantes agere ceperunt. Dum hec agerentur, subito a parte oratorii beati Agrippini magna cum stridoribus vox resonuit, cuius <sup>37</sup> vocis inopinate ammiratione magna ex parte plebis factus est concursus atque occurus. Descendentes vero ad eius tumulum, invenerunt hominem, quem ante adtractum viderant et toto corpore alligatum, solutis genibus, erectum stantem ipsumque altare amplexum <sup>38</sup> tenentem et obosculantem <sup>39</sup> magnaque cordis alacritate Dominum collaudantem et beato Agrippino grates innumeras referentem. Accedentes vero ad eum, ut quondam peractum est de illo ceco nato, quem dominus Iesus Christus illuminare dignatus est, pre ammiratione sospitatis in scrupulum titubationis inciderunt, nec ipsum qui erat credentes, ceperunt eum seiscitare dicentes :

« Tune es ille miser religatus nexibus atris  
Qui horridus, attractus iacusti finibus istis? »

Quibus ille : « Quare ex hoc dubitatis, karissimi? Cur ebitudo mentis texit precordia vestra? Numquid me luctuantem et proclamantem in doloribus non sepius conspexistis solamenque miserie tribuistis? Latere quomodo valeo tanta diuturnitate provisus? »

C Sed <sup>40</sup> miserante <sup>41</sup> Deo, semper qui comoda  
[prestat  
meritisque liberatoris mei domni Agrippini iam sospitate valens, iam valitudine tetra fugata, melius me vigere profiteor, quam nuper cum sanus essem. » Hec audientes omnes et potentiam <sup>42</sup> domini nostri <sup>43</sup> Iesu Christi <sup>44</sup> mirantes, flere pre gaudio ceperunt, dicentes :

« Gloria, Christe, tibi, famulis qui tanta ministras.  
[tras.  
Qui tam mira facis, gloria, Christe, tibi. »

visionem enarrat. Igitur cum moneretur sue sospitatis referre efficaciam, cepit hilariter profiteri dicens : « Cum nimis doloribus quassarentur viscera mea, asportari me feci ad beati martiris Ianuarii cor-

pus, ibique precando illum, cum me monuisset MIRACULA ad sui sodalis Agrippini basilicam properare, parui preceptis eius et huc deportatus sum ; quem sepius deprecando, quando placuit domino Iesu Christo, in hac <sup>45</sup> videlicet sacra <sup>46</sup> festivitate prelati <sup>47</sup> martiris, non dormienti sed clare vigilantis apparuit michi veneranda claritate, et pontificali stola ornatus dominus meus Agrippinus stansque <sup>48</sup> super me faceta hilaritate consolationis gratiam ministrabat. Interea, cum de tali visione animatus gauderem, audivi voces interius quorundam se invicem salutantium et venerantium, e <sup>49</sup> quibus unus eadem claritate et habitu, qua beatus Agrippinus, fulgebat adveniens, quem non dubito beatum fuisse Ianuarium et simul iuncti caritatis oscula sibi praeberentes propriis se salutavere nominibus. Nec mora, unus me capite, alter pedibus apprehendentes et trahentes distendere ceperunt, sicque Deo miserante, ecce a periculo pessime valitudinis ereptus <sup>50</sup> glorifico dominum Iesum Christum et beato Agrippino laudes immensas refero. » E Inter hec autem ut fidem effectibus astrueret, cruenta genua ostendens, nervosque discooperatos <sup>51</sup> preruptis pellibus ait : « Si verbis non creditis, saltem operibus credite et videte non ciatrices sed cruenta indicia et considerate, si vidit unquam talia quisquam vel audivit similia. » Hec letabundo corde <sup>52</sup> referens stabat ante sacrum altarium, oleo perfusus candelae que luminis claritatem beati Agrippini basilice ministrabat. Nam dum se animadverteret sospitem, pre gaudio erectus, oleum <sup>53</sup> super caput suum fudit, nec tamen candela quassata est. Et hoc si diligenter consideramus, non sine indicio percepte misericordie actum est. Nam grece heleos, latine misericordia nuncupatur ; ut salvo eo <sup>54</sup> quod de domino Iesu Christo dictum esse creditur, recte de illo propheta diceret : « unxit Hebr. 1, 9. te Deus, Deus tuus, oleo exultationis pre participibus tuis. » Sic miserante domino <sup>55</sup> vir ille sanitate percepta glorificando dominum Iesum Christum et beato Agrippino gratias referendo letus et alacer ad propria remeavit. Hec nos, fratres karissimi, audientes et intelligentes, non inanimiter illa percipiamus, sed cum affectu pie ammirationis acquiramus utilitatem anime per effectum sancte conversationis. Nichil enim prodest auditio cum labore, ni sit <sup>56</sup> fructus boni operis cum Dei timore. Hic beatus apostolus anime languenti <sup>57</sup> prebendo <sup>58</sup> medicinam, cum vidisset quosdam promptos ad audiendum et tardos ad faciendum, commonuit dicens : « Non auditores legis iusti sunt apud Deum sed factores iustificabuntur. » Similiter et Iacobus : « Estote Iac. 1. 22. factores verbi et non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. » Proinde si iustificari cupimus, si a peccatorum nexibus liberari, cum in aliquibus infirmitatibus vel <sup>59</sup> tribulationibus preoccupati

<sup>32</sup> ac sancti N. — <sup>33</sup> Cyrippini N. — <sup>34</sup> om. C. — <sup>35</sup> (quidem non) om. edd. — <sup>36</sup> meritis N. — <sup>37</sup> e cuius C. — <sup>38</sup> amplexu prius amplexum C. — <sup>39</sup> osculantem C. — <sup>40</sup> om. C. — <sup>41</sup> enim add. corr. C. — <sup>42</sup> potentia N. — <sup>43</sup> om. C. — <sup>44</sup> corr. supra lin. N. — <sup>45</sup> hanc N. — <sup>46</sup> sancta C. —

<sup>47</sup> N, C, forsitan prefati. — <sup>48</sup> stanque N. — <sup>49</sup> ex C. — <sup>50</sup> areptus N. — <sup>51</sup> discooperatos N. — <sup>52</sup> cordem N. — <sup>53</sup> oleum C. — <sup>54</sup> om. C. — <sup>55</sup> Deo C. — <sup>56</sup> nisi adsit C. — <sup>57</sup> languentis C. — <sup>58</sup> brebendo N. — <sup>59</sup> a add. C.

(1) Ecclesia extramurana in qua S. Ianuarii corpus quiescebat. Comm. praev. n. 8.

fuerimus

MIRACULA fuerimus, fiducialiter sanctorum patrocinia imploremus, credentes per omnia illorum nos suffragiis erui, non solum ab incommoditate corporum, sed etiam, quod melius et salubrius est, a nexibus animarum, annuente illo qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Miraculum a S. Agrippino

11. Ad augmentum<sup>1</sup> namque<sup>2</sup> meritorum beati Agrippini<sup>3</sup> et domini Iesu Christi gloriam, illud etiam referre condecet, quod quamvis sanctus et religiosus carnis<sup>4</sup> tamen onere pregravatus<sup>5</sup> per divinam gratiam mirabiliter operari meruit. Quodam itaque tempore dum divina mysteria in sancta sede (1) persolvisset, atque ad suos consanguineos visitandi gratia pergeret, in regionem videlicet Herculeensem, plateam Furcillensem (2), ex qua idem originem nativitatis sumpserat, in qua etiam ecclesia<sup>6</sup> ad honorem nominis eius actenus perseverat (3), quedam paralitica ante ianuam domus sue iacebat, multis annorum curculis fatigata, que<sup>7</sup> nullo medicorum solamine poterat liberari. Cumque diuturnis periculis uretetur, sollicitate illam domino Iesu Christo, qui eam per famulum suum Agrippinum sanare disponebat, hec in mente illius, sicut ipsa postea letabunda professa est, religiosa exhorta est cogitatio: « Nonne dominus noster Iesus Christus pro salute humani generis<sup>8</sup> de celis adveniens, carnem assumere, crucifigi et mori, descendere ad inferos et resurgere dignatus est ac deinde in celum ascendens iterum venire ad iudicandum vivos ac mortuos et reddere sanctis suis premia sempiterna credendus<sup>9</sup> est? Si hoc ita est et vere quia ita est, sicut sancta et universalis ecclesia confitetur et ipse promittere dignatus est dicens: « Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis et fiet vobis; » quare diu tacens<sup>10</sup> fatigor? quare muta sileo et non suppliciter obsecro illum, qui ut posceretur ipse consilium dedit dicens: « Invoca me in die tribulationis tue, eripiam te et magnificabis me. » Si hoc verum est et veritas neminem fallit, deprecor illius misericordiam, ut me a<sup>11</sup> tantis afflictionibus aut dignanter eripiat, aut certe, si digna non sum, veniam delictis tribuat, et de super terra<sup>12</sup> auferat me. » Talia secum volvens atque in fiducia<sup>13</sup> Domini salvatoris mentem corroborans, cepit cum lacrimis invocare illum et dicere: « O domine Iesu Christe, creator animarum et corporum, infirmantium restaurator et merentium<sup>14</sup> consolator, respice de celo et vide et visita me miseram ad te clamantem et de tua misericordia nimium presumentem. De te namque tuus propheta canit, dicens: « Erigit elisos, Dominus<sup>15</sup> solvit compeditos. » Hec ubi dixit, respiciens comminus, vidit beatum Agrippinum dignum Deo pontificem venientem, cepitque illum fletibus<sup>16</sup> compellere ac dicere:

dum vivit patrum.

Marc. 11, 24.

Psalm. 49, 15.

C

Psalm. 79, 15.

Psalm. 145, 7, 8.

11. — <sup>1</sup> ordinem capitulum 10, 11 in C inversum esse monuit. — <sup>2</sup> N, et prius C, quoque corr. — <sup>3</sup> (b. A.) illius C. — <sup>4</sup> carius C. — <sup>5</sup> ante corr. honore pregratus C. — <sup>6</sup> ecclesiam N, C. — <sup>7</sup> ante corr. que a C. — <sup>8</sup> generis humani C. — <sup>9</sup> credendum N. — <sup>10</sup> taces C. — <sup>11</sup> om. C. — <sup>12</sup> terram

« Obsecro, sancte pater, per celi gaudia dantem, D subsiste paulisper et gemibunde lacrimas intueri. » Attonitus ad ista beatus pontifex cepit suadere et consolationis solamina ministrare, ut quod vellet seriatim insinuaret. Tunc illa: « Diuturno, » inquit, « languore quassata, Dominum deprecari cepi, quo me aut de presenti periculo erueret, aut morti concite traderet. Inter hec autem te dominum meum cernendo ita sum animata, quasi ipsum cernerem Salvatorem; nec etenim me interim<sup>17</sup> talis cogitatio fefellit; ipse nimirum dixit: « Qui vos recipit, me recipit, et qui vos spernit, me spernit. » Tu, venerande pater, per ipsum Dominum te adiuro, ne amplius me sinas in hac calamitate morari, sed per merita sancta tua invoca Dominum et libera animam meam. » Attonitus autem Christi famulus, elevans in celum oculos, tendensque ad sidera palmas, his verbis cepit exorare tonantem:

« O Deus omnipotens hominum plasmatore opi-

Totius mundi clemens Salvator et auctor, Non mea respicias delicta, sed anxia corda, Huius contrite mulieris et annue<sup>18</sup> munus; Sentiat unde tuam sanctam per cuncta mede-

Quo possit semper supplex tibi reddere lau-

Hec cum orasset beatus pontifex, conversus ad paraliticam dixit: « Si tu me humillimum delicti pondere pressum ea<sup>19</sup>, quam dixisti, fiducia flagitasti, ille Deus omnipotens, qui te compunxit talia fari, ipse tibi salutis opem conferat ad laudem et gloriam nominis sui, qui est benedictus in secula. »

Hec ubi dicta dedit, divino munere sanctus apprehendit manum<sup>20</sup> paralitice et dixit: « In nomine sancte et individue Trinitatis, surge. » Mira Dei potentia, mira et ineffabilis et, sicut propheta canit, magnitudinis eius non est finis. Ad istam vocem statim sana et alacer surrexit, et quasi nichil mala perpessa fuisset, ammirantibus cunctis, laudem Deo<sup>21</sup> dicere cepit.

12. His ita<sup>1</sup> hilariter de priscis temporibus brebiter prelibatis, nunc opitulante gratia Christi ea que nostris temporibus gesta sunt prosequamur. Regnante igitur Romano et Constantino imperatoribus et residente in sede beati Petri duodecimo<sup>2</sup> Iohanne papa et in hac civitate Parthenopense tertio presule Athanasio et Iohanne consule ac duce (4), gens nefanda Agarenorum ex Africe partibus adveniens, hanc prefatam Parthenopensem urbem navali prelio diversisque machinis et expugnationibus<sup>3</sup> comprehendere conabatur. Cumque plurimis diebus ac noctibus atrociter expugnaretur, etiam humanis

C. — <sup>13</sup> fiduciam C. — <sup>14</sup> (restaurator et merentium) om. N. — <sup>15</sup> canit dominus erigit N. — <sup>16</sup> fletibus corr. C. — <sup>17</sup> interim me C. — <sup>18</sup> anime N. — <sup>19</sup> et N. — <sup>20</sup> manu C. — <sup>21</sup> Deo laudem C. 12. — <sup>1</sup> ista N. — <sup>2</sup> prius etiam C, decimo corr. — <sup>3</sup> eam add. N, corr. C del.

(1) Cathedralis consueta est locutio MAZUCHIUS, t. c., p. 342. — (2) Supra, p. 123, annot. 2. —

(3) Haec hodie S. Agrippini nomen gerit. Comm. praev. n. 9. — (4) Comm. praev. n. 5.

optutibus

A optutibus, heu pro dolor, prope interitum esse videretur: nec aliquo consilio vel amminiculo, nisi divino uteretur auxilio, ad celeste confugerunt consilium dicentes: « Quare fatigamur, quare in vacuum laboramus? ad antiquos fugiamus patronos, ad amicos scilicet domini nostri Iesu Christi Ianuarii et Agrippinum, et illorum queramus auxilium ut, sicuti quondam a celesti ira et igne Vesubii nostram patriam mirabiliter liberarunt, ita in presentiarum ab igneis ustionibus ethnice feritatis suis sanctis meritis<sup>4</sup> nos redimere dignentur; quoniam quidem ille Deus, qui dixit: Invoca me, in die tribulationis tue eripiam te, et magnificabis me; prope est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate; voluntatem<sup>5</sup> timentium se faciet, et orationes eorum exaudiet et salvos faciet eos; custodietque<sup>6</sup> omnes diligentes se et omnes peccatores disperdet. » Hec ubi dicta dederunt, luctuosis vocibus ac gemitibus<sup>7</sup> uterque sexus et etas illorum suffragia postulabant dicentes:

B « O magni patroni, o Christi regis amici, Nunc citius succurrite, nunc quoque poscite [Christum, Ne tantus populus manibus tradatur iniquis. Talibus excidiis clementer ferte levamen<sup>8</sup>, Ut vos patronos placidos credamus habere Et dominum Christum laudemus tempus in [omne. »

Mira Dei virtus, mira que potentia Christi! Talibus in precibus statim affuit consolatio Dei. Et sicut scriptum est, exclamaverunt ad Dominum dum tribularentur, et de necessitatibus eorum liberavit eos. Sanctorum precibus Christo annuente peractum est. Eadem<sup>9</sup> itaque nocte qua dies illucescebat, in quo opinabantur ethnici prefatam capere urbem, ecce adsunt beatissimi Ianuarius et Agrippinus<sup>10</sup> in visione cuidam viro eolico genere, qui obses inter eos detinebatur<sup>11</sup> et pro excidio urbis cotidie plorabat, graviter, sciscitantes et dicentes:

« Quare diu ploras, et fletu sidera quassas? »

Quibus cum ille diceret: « Quia Christicola sum, nec possum sustinere necem populi mei, neque<sup>12</sup> tantum affuturum cernere cruorem », mox illum sancti<sup>13</sup> hylariter consolati sunt dicentes:

« Absit ut hoc facinus permittat celsa potestas. Credere ne dubites, vera est promissio nostra A Christo missi portantes nuntia leta; Scito prenoscens et porro pelle timorem<sup>14</sup>; Urbs<sup>15</sup> quoque non capitur, donante munere [Christi, Qui nostris precibus, illam de fauce nefanda Eruit, et salvat clemens pietate paterna. »

Hoc cum audisset, letus effectus grates retulit omnipotenti Deo et sanctam pollicitationem sitibundo pectore cernere cupiebat. Igitur ut

sanctorum promissio completeretur, cum aurora MIRACULA nocti<sup>16</sup> finem daret, ecce apparatus adest pugnantium ethnicorum cum navibus terribilis et horribilis: scilicet in medio habentium excelsas turres cum sagittis et iaculis in propriis<sup>17</sup> instrumenta prominentia, in quibus loricati et galeati residentes equati muro urbem invaderent; cumque conglobati cum strepitu<sup>18</sup> et ululatu prelium inirent et iam muris scalas ad pervadendum pararent et civibus cum fletu et gemitu orantibus et dicentibus: « Salvator mundi succurre, misere celsa potestas et meritis sanctorum tuorum Ianuarii et Agrippini disperse illos in virtute tua, » mira Dei virtus gloriosa et veneranda, protinus una ex navibus magna et eminentior ceteris cum omnibus instrumentis et pugnatoribus in latere veniens in mari demersa est. Quo signo letifero et ammirabili adiutoris Dei omnipotentis, quod patratum<sup>19</sup> est ad invocationem<sup>20</sup> sanctorum Ianuarii et Agrippini, omnes Christicole totaque civitas, tamquam de profundo pelagi, tamquam de fornace ignea erepti, Christo gloriam decantantes<sup>21</sup> consolati et roborati sunt.

Ethnici namque turpiter confusi devilitati sunt<sup>22</sup> et quamquam<sup>23</sup> a mane usque ad septimam<sup>24</sup> pugna horrida perseveraret, nullum dispendium urbi facere potuerunt. Interea opitulante gratia Christi et sanctorum suffragio, affuit et alia consolatio. Subito namque et insperate terribilis et tristior illis nunciis advenit: quod christiani<sup>25</sup> imperatores navale presidium<sup>26</sup> destinarent, qui eos eorumque classes igneis ustionibus traderent. Qua ex re valde exterriti et quid agerent<sup>27</sup> penitus ignorantes, dum se viderent in arcto sitos, timore et ebitudine<sup>28</sup> perterriti, federis pactionem<sup>29</sup> aurum atque argentum<sup>30</sup> postulare ceperunt. Cives autem sagaciter considerantes, ut quoquo modo sese suamque urbem<sup>31</sup> redimere possent, omnia vasa aurea et argentea sacri episcopii eis protinus obtulerunt, ea videlicet pactione ut certo tempore cetera eis exenia<sup>32</sup> dirigerent, predicta vasa continuo destinarent, quod et factum est. Illis autem abeuntibus et fuge presidia perquirentibus, magna tristitia exorta est civibus quod<sup>33</sup> festis diebus ignobiliter pro amissis vasis solemnia celebrarent. Igitur cum diutius Christi famulos Ianuarius et Agrippinum exinde flagitarent, apparuerunt idem sancti cuidam Parthenopensi viro nomine Iohanni, ornamentis pontificalibus<sup>34</sup> induti, qui cum ab eo in visione sciscitarentur qui essent et quare sic concite properarent, responderunt dicentes: « Nos sumus Ianuarius et Agrippinus et pro tristitia Parthenopensem Siciliam pergimus, quo vasa omnia nostre sedis exinde deferamus<sup>35</sup>. » Qua revelatione exhilaratus idem Parthenopensis, cum seriatiim civibus retulisset, mox freti sanctorum patrociniis animadvertentes, quod solita protectione illorum munirentur<sup>36</sup>, mox in Siciliam

Hostes  
inopinato  
perterriti

foedus  
postulant.

Vasa  
sacra,

<sup>4</sup> meritis sanctis C. — <sup>5</sup> voluntate N, C. — <sup>6</sup> custodiat dominus C. — <sup>7</sup> luctuosis ac gembundis vocibus C. — <sup>8</sup> levamentum N. — <sup>9</sup> eodem C. — <sup>10</sup> Agrippinus N. — <sup>11</sup> corr. C, prius detinebantur. — <sup>12</sup> nec C. — <sup>13</sup> sancti illum C. — <sup>14</sup> timore N. — <sup>15</sup> urbs N. — <sup>16</sup> corr. supra lin. C, om. N. — <sup>17</sup> N, C, proris concit Mazochius. — <sup>18</sup> strepidum N. — <sup>19</sup> paratum C. — <sup>20</sup> vocationem N. — <sup>21</sup> de-

cantes C — <sup>22</sup> (ethnici - sunt) om. N. — <sup>23</sup> corr. prius qua quam C. — <sup>24</sup> horam add. corr. supra lin. C. — <sup>25</sup> christianissimi C. — <sup>26</sup> prelium N. — <sup>27</sup> egerent N. — <sup>28</sup> ebitudine C. — <sup>29</sup> pactione C. — <sup>30</sup> argentumque C. — <sup>31</sup> sese suaque N. — <sup>32</sup> et senia N; xenia C. — <sup>33</sup> in add. C. — <sup>34</sup> pontificali N. — <sup>35</sup> referamus C. — <sup>36</sup> munirentur N.

apocrisiarium

MIRACULA apocrisiarium <sup>37</sup> cum quibusdam amminiculis exeniorum <sup>38</sup> destinantes, mirabile dictu <sup>39</sup>, sed non mirabile quia divinum, quoniam quecumque vult Dominus facit <sup>40</sup>, omnia vasa sine aliquo impedimento atque dispendio percipere meruerunt. Quam ob rem tota civitas de merore ad gaudium convenientes, in laudem Domini proruperunt dicentes <sup>41</sup>:

sanctis  
iuvantibus,  
recuperan-  
tur.

« Gloria, Christe, tibi, sanctorum gloria celsa,  
Qui tam mira facis, famulis qui tanta ministras,  
Qui tibi perfecte famulantes ad tua celsa  
Regna levans, nimium praeclaros esse dedisti,  
Ut tecum semper regnantes commoda prestant,  
Afflictis populis et gaudia leta ministrent.  
Ecce tuo sancto solamine martir opimus  
Noster obans nimium <sup>42</sup> Ianuarius atque Agri-  
[pinus

Hostes adversos mergunt ad tetra profundi, D  
Corda nefanda ligant <sup>43</sup>, valeant ne sancta te-  
[nere <sup>44</sup>.

Nunc quoque sic nobis, ereptis hostibus atris,  
Vasa sacrata ferunt de sinu pestis inique. »

Talibus igitur Parthenopensis populus sanc-  
torum Ianuarii et Agrippini muneribus ditati et  
iocundati magis magisque eis <sup>45</sup> suppliciter fa-  
mulari ceperunt; credentes per omnia se semper  
et a presentibus et futuris adversitatibus illo-  
rum iuvamine <sup>46</sup> tueri et gubernari, opitulante  
utique illo, qui eos fecit viriliter pugnare et  
vincere et in regno suo <sup>47</sup> secum sine fine gaudere,

Qui cum Patre manens <sup>48</sup> simul et cum Fla-  
[mine Sancto  
Rex <sup>49</sup> Deus immensus regnat <sup>50</sup> per secula  
Amen <sup>51</sup>. [cuncta.

<sup>37</sup> apocrisiarium C. N. — <sup>38</sup> remorum C. — <sup>39</sup> dic-  
tum C. — <sup>40</sup> faciat N. — <sup>41</sup> om. C. — <sup>42</sup> martir C. —  
<sup>43</sup> inligant N. — <sup>44</sup> tenerent N. — <sup>45</sup> ei C. —

<sup>46</sup> iuvamine C. — <sup>47</sup> et add. N. — <sup>48</sup> vivit C. —  
<sup>49</sup> res N. — <sup>50</sup> regnans C. — <sup>51</sup> om. N.

B

E

## DE SANCTO AURELIO

### EPISCOPO RIDITIONIS

ANNO 475

COMMENTARIUS PRAEVIUS

H. D.

1. S. Aurelium, episcopum Riditionis, quae  
vulgo civitas Armeniae habetur, ne nomine quidem  
recenset ullus, quem sciam, Armeniorum hagio-  
graphus; quod nemo sane mirabitur, qui varia de  
eius historia monumenta et lucubrations diligen-  
tius perspexerit. Obiit ille in urbe Mediolanensi,  
ibique coli coepit et hodieum colitur. Saeculo  
autem IX, quo tot sanctorum corpora a suis  
sedibus (impie an religiose dixerim, nescio) amota  
C sunt et per christianum orbem dispersa, reliquiae  
S. Aurelii in Alemanniam translatae feruntur,  
ubi condita cella S. Aurelii seu coenobio Hirsau-  
giensi, novus eiusdem venerationi splendor acces-  
sit. Quae fuerint in utroque loco cultus eius  
initia seorsim expediendum.

Metropolitani E. 48, ipsius manu exarato, quem-  
que inscripsit Quodlibet. Pag. 109: Carmina de-  
scripta in tabula lapidea sepulchri sanctorum  
Dionisii et Aurelii. Tituli, quem ex ipso lapide  
exceperat Castellus, apographum perhumaniter no-  
bis communicavit v. d. Hugo Monneret de Villard,  
in Academia Mediolanensi lector. Nemo eorum  
qui eundem typis ediderunt (2) Castellus quodlibeta  
inspexit (3).

V = Iacobi Valerii, canonici Scalensis, in  
codice bibliothecae Trivultianae inscripto: Inscrip-  
tiones selectiores in locis publicis civitatis Me-  
diolani existentes. Fol. 138: Carmina descripta  
in tabula lapidea sepulchri sanctorum Dionisii  
et Aurelii. Valerium non ex lapide sed « ex sche-  
dis nescio quibus » epigramma dedisse opinatus  
est Mommsen (4); apographum genuinum ex la-  
pide censet Rossius (5). Lapidem a Valerio, qui  
anno 1651 octogenarius obiit, videri potuisse du-  
bium est, cum post reliquias in ecclesiam cathedra-  
lem anno 1528 translatas, anno 1549 ipsa Sancti  
Dionysii ecclesia destructa sit. Schedas Castel-  
lianias, aliasse simillimas, prae manibus habuis-  
se censendus est.

A = Andreae Alciati († 1550), in codice bi-  
bliothecae Dresdensis I, fol. 152, e quo epigram-  
ma protulit Mommsen (6). Haec autem annotavit

### § I. De cultu S. Aurelii apud Mediolanenses.

S. Aurelii  
titulus  
sepulchra-  
lis

2. Mediolani in ecclesia quondam Sancti Dio-  
nysii exstabat carmen S. Aurelii sepulchro incisum,  
nunc deperditum, cuius tria habemus apographa  
integra.

C = Francisci Castelli, canonici ordinarii Me-  
diolanensis (1), in codice bibliothecae Capituli

(1) Ph. ARGELATI, *Bibliotheca scriptorum Me-  
diolanensium*, t. I, p. cccix. — (2) C. I. L., V,  
6183<sup>b</sup>; FORCELLA-SELETTI, *Inscrizioni cristiane in  
Milano* (Codogno, 1897), n. 160; F. BUECHELER,  
*Carmina latina epigraphica*, n. 1359. — (3) Eiusdem

apographum, non tamen integrum, in cod. biblio-  
thecae Ambrosianae N. 300 Sup. — (4) C. I. L.  
V, p. 620, ad n. 7. — (5) *Inscritptions christia-  
nae Urbis Romae*, t. II, p. 179, ad n. 7. — (6)  
C. I. L., V, p. 620, n. 7. Alciatum quoque secu-  
Alciatus